



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)



contra eum misit pueros, dicens: Ire quantocius, & ligatis pedibus ac manibus adducite eum cum vi, vt cognoscat quod sum dominus regionis huius. At illi non inrelligentes archipresbyterum, putauerunt quod archidiaconem iussisset adduci. Et ascensis equis venerunt ad urbem, interrogantesque de archidiacono, digito eis ostensus est. Erat enim hic Iohannes nomine, valde religiosus, & in archidiaconatu suo studium docendi paruulos habens, apprehensumque pueri ligatis manibus ac pedibus, suo sub aluo equi adduxerunt eum, sed non desijt virtus martyris aluino proprio subuenire. Pueri verò iuxta ipsam portam cum eo mansionem habuerunt, quia iam obscuratis pro nocte portarum valuis ingredi non potuerunt. In ipsa verò nocte duce obdormiente, adstitit ei archidiaconus per visum dicens: Quid tibi homo culpabilis extitit, quod me in hanc humilitatem redactum cum tali iussisti iniuria accersiri? Verè dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei.

Quidam archidiaconus virtus, meritis S. Basilij liberratur.

At ille expergefactus, confternatusque metu, exclamat suis, Inquirete si pueri quos Nemausim direximus iam, venerunt: interrogantesque de muro vrbs, responderunt se adesse cum homine. Renunciant nuncij quæ audierant. Confestimque dux ait: Exhibete ad me hominem quem adduxistis. Quod cum factum fuisset, adspiciens eum dux, timore perterritus ait: Archipresbyterum ergo adduci præceperam, non archidiaconem. Et prostratus ad pedes eius, ait: Indulge quæso iniuriam delicti huius, quia non est in conscientia mea, vt hæc passus fuisses. Et statim dignis honoratum muneribus remisit ad urbem, quem in tanto amore pro ipsa martyris reuerentia dilexit in posterum, vt decedente vrbs illius sacerdote, ipsum sacerdotem mandaret institui. Sed nec archipresbyterum amplius inquiri iussit. O magna vite martyris, quæ per innocentis iniuriam noxium absoluit à poena: impletumque est illud Apostoli, Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, cum hæc iniuria gradum huic construxit, quem scanderet ad regendam Ecclesiam Dei.

Rom. 3.

VITA BREVIS S. MARTIANI RAUENNATIS  
ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR PRIMO LIBRO  
*historiarum Hieronymi Rubei de gestis Rauennatum.*

22. Maij. Eius vita habetur 23. Iulij. Tom. 4.



ANCTVS Apollinaris Rauennatum Apostolus, diuinitus factus certior, fore, vt breui Rauenna exularet, ac subita opprimeretur calamitate, capiteque oppugnaretur: ne Rauennatem ecclesiam absque pastore relinqueret, duodecimo postquam accesserat anno, sacerdotes binos instituit Aderitum & Calocerum, Diacones verò Martianum virum nobilissimum & Eleochadium summum philosophum. Cæso igitur Apollinare, post Eleochadium in Rauennati Archiepiscopatu Martianus, à Deo demissa columba electus, sufficitur: natus sublimi loco, vir in primis piè, iustè, ac temperanter vitam degens: tanto concitus ardore animi, vt Christum prædicans, in animis Rauennatum ardentibus amorem excitaret omnium virtutum: multi que nullis rerum aduersarum ictibus frangi, neque oppugnationibus nefariorum de gradu pietatis desicperint, sed calamitates omnes, tandemque necem pro Christo libenter pertulerint. Plurimos sacris initiavit: cumque rerum admirabilium gloria clarissimus esset, cælestium in patriam abiit vndecimo Calendas Iunij: atque vti ex verustissimis scriptis collegimus, in D. Eleocladij sepultura traditus, anno Domini septimo & vigesimo supra centesimum, scilicet Aelius Hadrianus imperaret.

S. Martianus miraculose curatur Episcopus.

Sic obit.

SURIUS

q. ber  
"Kober"  
RVIII  
5